

1. SLOVESA 1.–4. KONJUGACE

Non scholae, sed vitae discimus

In ludis literariis pueri legere, scribere et computare discebant. Discipuli stilo in tabulis ceratis scribebant et in libris legebant.

Marcus et Publius sunt pueri Romani, filii viri boni et opulenti. Marcus cum Publio in scholam properant. Magister iam pueros exspectat.

- Salve, magister!
- Salvete, pueri! Ubi est Lucis, amicus vester?
- Lucius aegrotus est, hodie domi manet et etiam cras manebit.
- Nunc, pueri, epistulam ad amicos scribite, deinde epistulas legetis.

Discipuli scribunt.

Recita epistulam tuam, Marce!

Marcus recitat: Marcus Sexto suo. Si vales, bene est, ego quidem valeo. (S.V.B.E.E.Q.V.)
Post meridiem cum magistro nostro theatrum Pompei visemus et ludos spectabimus. Et multa templa praeclara et aedificia magna videbimus. Cras vacabimus et Circum Maximum visemus. Vale.

Magister pueris novos libros dat et dicit:

- Libros vestros, pueri, sic amare debetis, ut amicos veros.

Liber Marci magnus est, liber Publilii est parvus – libellus.

Domi Marcus varias sententias in suo libro leget:

Agricola agrum **colit**. Medicus pueros **curat**, si non **valent**. Amicus verus amicum semper **iuuabit**. Magister discipulum malum **monebit** et **corrigit**, laboriosum **laudabit**. Aliena vitia bene **videmus**, male nostra. Iustitiam **colam**. Superbia viros probos semper **corrumpit**. Verba **movent**, exempla **trahunt**. Romani multa bella **gerebant**, in multis proeliis **pugnabant**, multas pugnas **commitebant** et saepe **vincebant**.

2. DEPONENTNÍ SLOVESA

Určitá skupina sloves se dochovala pouze v gramaticky pasivních tvarech, které však mají aktivní význam. Dělí se do čtyř konjugací a časují se stejně jako aktivní slovesa v pasívu. Poznáte je ve slovníku podle pasivních koncovek.

1. konjugace

hortor, hortārī – povzbuzovat
arbitror, arbitrārī – domnívat se
cōnor, cōnārī – pokoušet se
laetor, laetārī – radovat se
lāmentor, lāmentārī – naříkat
mīror, mīrārī (+acc.) – divit se (něčemu),
obdivovat

2. konjugace

misereor, miserērī – smilovat se
mereor, merērī – zasluhovat (si)
stipendia mereor – konám voj. službu
vereor, verērī (+acc.) – bát se, ostýchat se
cōnfiteor, cōnfītērī – přiznávat se

Přeložte věty a dávajte pozor na překlad pasivních tvarů:

Marcus et Titus in schola sunt. Magister pueros numeros et litteras docet. Marcus discipulus piger et stultus est, sed Titus industrius atque laborosus est.

Magister saepe Marcum castigat, sed Titum laudat.

Marcus a magistro castigatur et Titus laudatur.

Marcus magistrum veretur sed Titus magistrum non timet.

Marcus Titum miratur sed magistrum non amat.

Marcus in schola lamentatur sed Titus laetatur.

Titus Marcum hortatur sed Marcus studere non conatur.

Magister semper laetatur si pueri respondent.